

INTROIT Psalms 118 95-96

Me expéctant peccatóres ut perdant me: ad præscrípta tua atténdo: omnis perfectiónis vidi esse términum: latíssime patet mandátum tuum. (Ps. 118: 1) Beáti quorum immaculáta est via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Me expéctant peccatóres ut perdant me: ad præscrípta tua atténdo: omnis perfectiónis vidi esse términum: latíssime patet mandátum tuum.

COLLECT

Deus, qui fámulæ tuæ Maríæ in ténera ætáte victóriam martyrii contulísti: da nobis, quæsumus, ejus patrocínio in mandátis tuis constántiam, qui dedísti certánti vírgini corónam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Corinthians 1: 26-29; 2: 14

Fratres: Vidéte enim vocatiónem vestram, quia non multi sapiéntes secúndum carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles. Sed quæ stulta sunt mundi elégit Deus, ut confúndat sapiéntes: et infírma mundi elégit Deus, ut confúndat fórtia. Et ignobília mundi, et contemptibília elégit Deus, et ea, quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrúeret: ut non gloriétur omnis caro in conspéctu eius. Animális autem homo non pércipit ea, quæ sunt Spíritus Dei; stultítia enim est illi, et non potest intellégere, quia spirituáliter examinátur.

GRADUAL Psalms 70: 4, 6

Deus meus, éripe me de manu iníqui, de pugno ímprobi et oppressóris. A ventre matris meæ eras protéctor meus.

LESSER ALLELUIA Psalms 70: 6-7

Allelúja, allelúja. In te sperávi semper. Tamquam prodígium appáruí multis; tu enim fuísti adiútor meus fortis. Allelúja.

GOSPEL John 12: 23-25

In illo témpore: Dixit Jesus discípuilis suis: Venit hora ut clarificétur Fílius hóminis. Amen, amen dico vobis, nisi granum fruménti, cadens in terram, mórtuum fúerit, ipsum solum manet; si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eam; et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

OFFERTORY Psalms 73: 19

Ne tradideris vúlturi vitam túrturis tui, vitam páuperum tuórum noli oblivisci in perpétuum.

SECRET

Placatiónis tibi hóstiam, Dómine, offérimus, qua beáta María fámula tua, prima jam ætáte, dídicit corpus suum hóstiam sanctam tibique placéntem exhibére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Isaiah 33: 6

Timor Dómini ipse est thesáurus ejus.

POSTCOMMUNION

Cælésti pane reféctis, da, quæsumus, Dómine, eam in tuénda córporis et ánimæ castitáte fortitúdinem: quam fámulæ tuæ Maríæ mirabíliter contulísti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Sinners lie in wait to destroy me, but I give heed to Thy precepts. I have seen the end of all perfection, but Thy commandment is exceeding broad. Blessed are those whose way is blameless, who walk in the law of the Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Sinners lie in wait to destroy me, but I give heed to Thy precepts. I have seen the end of all perfection, but Thy commandment is exceeding broad.

O God, Who hast bestowed the victory of martyrdom at a young age upon Thy handmaiden, Mary; grant, we beseech Thee, Who gave the crown to the virgin in her struggle, the perseverance in Thy commandments, through her advocacy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

For see your vocation, brethren, that there are not many wise according to the flesh, not many mighty, not many noble: But the foolish things of the world hath God chosen, that he may confound the wise; and the weak things of the world hath God chosen, that he may confound the strong. And the base things of the world, and the things that are contemptible, hath God chosen, and things that are not, that he might bring to nought things that are: That no flesh should glory in his sight. But the sensual man perceiveth not these things that are of the Spirit of God; for it is foolishness to him, and he cannot understand, because it is spiritually examined.

Deliver me, O my God, out of the hand of the wicked and out of the fist of the impious and the oppressor. From my mother's womb Thou art my protector.

Alleluia, alleluia. In Thee I have trusted always. I have appeared unto many as a wonder; Thou, in fact, have been my strong helper. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples, The hour arrives when the Son of man shall be glorified. Amen, amen, I say to you, unless the grain of wheat falls to the ground and dies, it remains alone. But if it dies, it yields much fruit. Whoever loves his life, will lose it. And whoever hates his life in this world, preserves it unto eternal life.

Consign not to the vultures the life of Thy dove; forget not forever the life of Thy poor.

Lord, we offer to Thee this sacrifice of atonement, through which blessed Mary, Thy handmaiden, learned in early youth to give up her body as a holy and pleasing sacrifice to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The fear of the Lord is his treasure.

Refreshed by heavenly Bread, grant, we beseech Thee, O Lord, the same strength in defending the purity of body and soul which Thou wondrously bestowed upon Thy handmaiden, Mary. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.